HIERONYMUS. BEDA VENERABILIS
Admont, 12. Jh. Seite 33v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift



speculo uultus eluxerit. ultraq; omnes homines pruden
tiā mentis in facie sua pinxerit. lxx. pro quod posuimus
quis ita ut sapiens transtulerunt. quis nouit sapientes.
& pro quod nos diximus & fortis faciē suā cōmutauit.
posuerunt & impudens uultu suo odietur. & reuera cū
multi sint qui sapientiā repmittant. difficile inuenitur
qui discernere queat uirum sapientē ab his qui uidentur
esse sapientes. & cū sint plurimi qui scripturarū occulta
dicant posse se soluere. rarus ē qui uerā inueniat soluti
onē. Quod autē sequitur. sapientia hominis illuminauit
uultū eius. & impbus facie sua odietur. ita possumus
explanare ut pauli uerba ponamus. Nos autē omnes
reuelata facie glam dni cōtemplantes. & psalmiste ca
nentis. signatū est sup nos lumen uultus tui dne.
Sapientiā autē hic hominis aliā nō dicit absq; sapientia
dei. Quecūq; sapientia dei sit iuxta possibilitatē capaci
tatis hominis esse incipit. eius qui se habere meruerit. Omnis
hereticus falsū dogma defendens impudenti uultu est.
Deniq; marcion & ualentinus melioris se dicunt esse naturę
quā conditor ē. Et hoc posset aliqua ex parte fieri. si spem
se huius rei habere cōtenderint & nō iam possidere naturā.
Ego os regis custodio. & loquela iuramenti dei. Ne festines
a facie eius abire. & ne stes in uerbo malo. quō omne quod
uoluerit faciet sic dixerit rex potestatē habens; & quis dicit
ei quid facis. Uidetur quidē pcipere iuxta aplm regib; &
potestatib; obsequendū. maxime. lxx. interpretib; imperatiuo
modo dicentib; os regis custodi. s; ego puto de illo rege dici
nunc de quo dauid ait. dne in uirtute tua letabitur rex. Et
in alio loco. ut patris & filii unū regnū significetur scriptura